# THE SARUM RITE
## Missale Sarisburiense cum nota.

## Tome C.
## Fasciculus 10.
Pagine {431}-{488}.

## Festis Septembris.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.
The Gregorian Institute of Canada.
MMXX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1, 2020.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2020.

# ℭ *Sancti Egidii abbatis.*

*(j. Septembris.)*

[*Ad missam.*][1] *Officium.*

OS justi meditábitur sapiéntiam : et lingua ejus loquéntur judícium, lex Dei ejus in corde ipsíus. *Ps.* Noli emulári in malignántibus : neque zeláveris faciéntes iniquitátem. [131].

*Oratio.*

DEus qui hodiérna die beátum Egídium confessórem tuum atque abbátem aulam regni celéstis penetráre fecísti : tríbue quésumus : ut cujus devóte gloriámur méritis : ejus nos sentiámus confóveri suffrágiis. Per.

*Memoria de sancto Prisco* [*martyre*].[2]

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus : fortitúdo certáncium : et mártyrum palma : solennitátem hodiérne diéi propícius intuére : et ecclésiam tuam contínua fac celebritáte letári, ut intercessióne beáti Prisci mártyris tui ómnium in te credéntium vota perfícias. Per.

*Epistola.* Justus cor suum. *in communi.* [132].

*Gradale.* Os justi meditábitur sapiéntiam : et língua ejus loquéntur judícium. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus : et non supplantabúntur gressus ejus. [132].

Allelúya. ℣. Pósui adjutórium super poténtem : et exaltávi eléctum de plebe mea. [133].

*Sequentia.* Adset nobis. *in communi.* [115].
*Evangelium.* Nemo accéndit. *in communi.* [134].

*Offertorium.* Desidérium ánime ejus tribuísti ei Dómine : et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precióso. [135].

*Secreta.*

MUnéribus nostris Dómine quésumus sancti Egídii confessóris tui atque abbátis intercessióne grátiam tue placatiónis infúnde : ut et colláta nobis remédia tueáris : et propícius conferénda largiáris. Per Dóminum.

¶ *Alia secreta de sacnto Prisco.*

ALtáribus tuis Dómine múnera pro commemoratióne sancti Prisci mártyris tui gratánter offérimus, precántes : ut ipso intercedénte hec eádem[3] nobis ad celéstia promerénda profíciant. Per Dóminum.

*Communio.* Fidélis servus er prudens quem constítuit Dóminus super famíliam suam : ut det illis in témpore trítici mensúram.[4] [135].

*Postcommunio.*

PRótege Dómine pópulum tuum de tua misericórdia confidéntem : et quos celéstibus refecísti mystériis : beáti Egídii confessóris tui atque abbátis intercessióne tuis munéribus assequéndis[5] éffice[6] promptióres. Per.

¶ *Alia postcommunio de sancto Prisco.*

REféctam Dómine sacre participatiónis mystério tuére quésumus plebem tuam : ut[7] beáti Prisci mártyris tui solénnia recoléntem : celéstis grátie[8] largitáte proséquere : ut visibílibus adjúta soláciis ad invisibília bona prómptius incitétur. [Per Dóminum.][9]

# ℭ *Translatione sancti Cuthberti episcopi.*

(*iiij. Septembris.*)

[*Ad missam.*][10] *Officium.*

STátuit ei Dóminus testaméntum pacis : et príncipem fecit eum : ut sit illi sacerdótii dígnitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini in etérnum cantábo. [103].

*Oratio.*

PResta nobis quésumus omnípotens et mísericors Deus : ut qui beati Cuthbérti confessóris tui atque pontíficis translatiónis diem venerámur : per ipsíus suffrágia pietátis tue semper benefícia consequámur. Per.

*Epistola.* Ecce sacérdos magnus qui in diébus. *in communi.* [106].

*Gradale.* Jurávit Dóminus et non penitébit eum : tu es sacérdos in etérnum, secúndum órdinem Melchísedech. ℣. Dixit Dóminus Dómino meo : sede a dextris meis. [108].

Allelúya. ℣. Justus germinábit sicut lílium et florébit in etérnum ante Dóminum. [111].

*Si fiant ix. lectiones dicitur sequentia de communi.* [115].
*Evangelium.* Homo quidam péregre. *in communi.* [120].

*Offertorium.* Véritas mea et misericórdia mea cum ipso et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].

*Secreta.*

HEc múnera quésumus Dómine beáti Cuthbérti confessóris tui atque pontíficis intercessióne sanctífica : et nos fámulos tuos a peccatórum ómnium máculis cleménter emúnda. Per Dóminum.

*Communio.* Beátus servus quem cum vénerit Dóminus, invénerit vigilántem : amen dico vobis super ómnia bona sua constítuet eum. [124].

*Postcommunio.*

UT hec commúnio nos Dómine tibi dignos efficiat : beátus Cuthbértus conféssor tuus et póntifex cujus translatiónis diem venerámur, suffrágio quésumus pie intercessiónis obtíneat. Per Dóminum.

# ℂ *Sancti Bertini abbatis.*

(*v. Septembris.*)

[*Ad missam.*][11] *Officium.*

OS justi meditábitur sapiéntiam et lingua ejus loquéntur judícium : lex Dei ejus in corde ipsíus. *Ps.* Noli emulári in malignántibus : neque zeláveris faciéntes iniquitátem. [131].

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus qui mirabíliter fulges in eléctis tuis : quos te habitatóre glorificáre voluísti : da nobis quésumus beáti Bertíni confessóris tui atque abbátis ita digne ac solénnia venerári : ut ejus suffragántibus méritis templum tuum mereámur fieri. Per Dóminum.

*Epistola.* Justus cor suum. *in communi.* [132].

*Gradale.* Os justi meditábitur sapiéntiam : et língua ejus loquéntur judícium. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus : et non supplantabúntur gressus ejus. [132].

Allelúya. ℣. Amávit eum Dóminus et ornávit eum : stola glórie índuit eum. [112].

*Evangelium.* Nemo accéndit. *in communi.* [134].

*Offertorium.* Desidérium ánime ejus tribuísti ei Dómine : et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precióso. [135].

*Secretum.*

GRátia Spíritus Sancti Dómine quésumus hec múnera nostra assúmat : et intercedénte beáto Bertíno confessore tuo atque abbáte vitam nostram irreprehensíbilem custódiat : et nos ad celéstia regna perdúcat. Per Dóminum. In unitáte ejúsdem.

*Communio.* Fidélis servus et prudens quem constítut Dóminus super famíliam suam : ut det illis in témpore trítici mensúram. [135].

*Postcommunio.*

TRíbuant nobis quésumus Dómine contínuum tua sancta subsídium, quo beáti Bertíni confessóris tui atque abbátis précibus nos ab ómnibus semper tueántur advérsis. Per.

[❙ *In vigilia nativitatis beate Marie ad missam vero omnia ut in vigilia assumptionis.*][12] {374}.

# *In nativitate beate Marie [virginis].*[13]

*(viij. Septembris.)*

*[Ad missam.]*[14] *Officium.*

1508-S:435; 1513-S:54r.[15]




*Oratio.*

SUpplicatiónem servórum tuórum Deus miserátor exáudi : ut qui in nativitáte Dei genitrícis et vírginis congregámur : ejus intercessiónibus a te de instántibus perículis eruámur. Per eúndem.

*Lectio libri Sapientie. Ecclesiastici xxiiij.* [23-31.]

EGo quasi vitis fructificávi suavitátem odóris : et flores mei fructus honóris et honestátis. Ego mater pulchre dilectiónis et timóris : et magnitúdinis[16] et sancte spei. In me grátia omnis vie et veritátis in me omnis spes vite et virtútis. Tránsite ad me omnes qui concupíscitis me : et a generatiónibus meis impléminí. Spíritus enim meus super mel dulcis : et heréditas mea super mel et favum. Memória mea in generatióne seculórum. Qui edunt me adhuc esúrient : et qui bibunt me adhuc sítient. Qui audit me, non confundétur : et qui operántur in me non peccábunt. Qui elúcidant me : vitam etérnam habébunt.

*Alia epistola per octavas.*

*Lectio libri Sapientie.* (*iiij.* 1-7.)

O quam pulchra est casta generátio cum claritáte. Immortális est enim memória illíus : quóniam[17] apud Deum nota est et apud hómines. Cum presens est imitántur illam : et desíderant eam cum se edúxerit : et in perpétuum coronáta triúmphat, incoinquinatórum certáminum premium vincens. Multigéna autem[18] impiórum multitúdo non erit útilis : et adulteríne plantátiónes[19] non dabunt radíces altas : nec stábile firmaméntum collocábunt. Et si in ramis in témpore germináverint infírmiter pósita, a vento commovebúntur : et a nimietáte ventórum eradicabúntur. Confringéntur enim rami inconsummáti : et fructus illórum inútiles et acérbi ad manducándum, et ad níchilum apti. Ex iníquis enim omnes[20] fílii qui nascúntur : testes sunt nequície advérsus paréntes in interrogatióne sua. Justus autem si morte preoccupátus fúerit : in refrigério erit.

¶ *Et legantur he due predicte epistole alternis vicibus per octavas videlicet una die* Ego quasi vitis. *et altera die* O quam pulcra. *Ita tamen quod in die dominica infra octavas et in octava die dicitur* Ego quasi [vitis].[21]

GS:196, pl. t.; 1508-S:448; 1513-S:54v.[22]



GS:pl. u.; 1508-S:449; 1513-S:54v.[23]

Alle.
VIII.



L-le- lú- ya. *



℣. Na-tí- vi- tas glo-ri- ó- se vírgi- nis Ma-



rí- e ex sémi-ne Abra- he



orta de tri- bu Ju- da : cla-ra ex stir-



pe * Da- vid.

*Sequens* Allelúya. ℣. Per te Dei génitrix. *dicitur quotidie per octavas nisi in dominica et in octava die : tunc enim dicitur* Allelúya. *sicut in prima die.*

GS:pl. u.; 1508-S:449; 1513-S:54v.[24]

Alle.
I.



L-le- lú- ya.*



℣. Per te De- i gé-ni-trix no- bis est vi- ta pér-di- ta



da-ta que de ce-lo susce- pís- ti pro-lem, et mun- do ge-



nu- ís- ti Salva- tó- rem. *



1508-S:450; 1513-S:54v.[25]

Seq. VII. a. ah53129.



A L-le * ce-léste necnon et per-énne lu- ya.

b[1]. b[2].



Dic pa-rapho-nísta cum me-ra symphó-ni- a. Tu-ba et

c[1].



ca-nó-ra pal-li-nó-di- a canta. Nam omnis ú-sy- a hanc

c[2].



Chris-ti ge-ni-trí-cem di- e is-ta. Congáudet ex-órtam :


d1.
per quam si-bi sublá-tam ca-pit vi- tam. Da-ví-ti-ca stirpe
sa-ta Da-ví-dis ad sceptra est re-génda pro-le fe-cundá- ta.
d2.
Nec gra-vi-dá-ta vísce-ra sunt tamen per ul-la Pa-tris membra :
e1.
sed ex fi-de so- la. Ab arce summa ánge-lus astat Ma-
e2.
rí- a inquit alma a-ve ple-na. Grá-ti- a sa-cra et be-ne-
f1.
dícta fémi-nas inter omnes pa-ri-tú- ra. Re-gem qui di-ra
f2.
g1.
mortis víncu-la. Damná-vit mi-ra cum po-ténti- a. Su-um
plasma solvens sponte su- a atque be- á-ta do-nans vi- tam.


f3.
Fit mox pu-él-la verbis cré-du-la.
f4.
Et pu-érpe-ra stu-pet et casta.
g2.
Na-tum gestans spe-ci-ó-sum forma re-géntem cuncta orbis reg-na.
h1.
Hec est virga non ir-ri-gá-ta : sed De-i grá-ti-a flo-rí-ge-ra.
h2.
Hec est so-la cunctó-rum he-ra : ma-térna obscú-rans pi-á-cu-la.
i1.
Ve-lut ro-sa de-có-rans spí-ne-ta sic quod le-dat nil ha-bet Ma-rí-a.
i2.
Virgo E-va quod cóntu-lit prima Chris-ti sponsa effú-gat Ma-rí-a.
k1.
O virgo so-la ma-ter casta : nostra crími-na.
k2.
Solvens da


l1.
regna quis be- á-ta regnant ágmi-na. Po-tens e-nim cuncta
m1.
ut mundi re-gí-na et ju-ra. Cum na-to ómni- a de-cérnis
l2.
in secla et ultra, subníx-a es in gló-ri- a. Ché-ru-bin e-
m2.
lécta se-raphínque cla-ra ágmi-na. Nam juxta Fí-li- um pó-
n1.
si-ta se-des in déxte-ra virtus lampas et sóphi- a. Na-tí-
n2.
vi-tas unde gáudi- a no-bis hó-di- e affert ánnu- a. Et
o.
ré-so-nat camé-nis aula in laude tu- a virgo Ma-rí- a. Gau-
det per clíma-ta orbis ecclé-si- a di- cens al-le-lú- ya.




℄ *Initium sancti evangelii secundum Matheum. j.* [1-17.]

LIber generatiónis Jesu Christi : fílii David : fílii Abraham. Abraham autem,[26] génuit Isaac. Isaac autem génuit Jacob. Jacob autem, génuit Judam et fratres ejus. Judas autem génuit Phares et Zaram de Thamar. Phares autem, génuit Esron. Esron autem génuit Aram. Aram autem, génuit Amínadab. Amínadab autem, génuit Náason. Náason autem, génuit Salmon. Salmon autem, génuit Booz de Rahab. Booz autem, génuit Obeth ex Ruth. Obeth autem, génuit Jesse. Jesse autem, génuit David regem. David autem rex génuit Salomónem : ex ea que fuit Uríe. Sálomon autem génuit Róboam. Róboam autem, génuit Abiam. Abia[27] autem, génuit Asam.[28] Asa autem, génuit Jósaphat. Jósaphat autem, génuit Joram. Joram autem, génuit Ozíam. Ozías autem génuit Jóathan. Jóathan autem génuit Achas. Achas autem, génuit Ezechíam. Ezechías autem, génuit Manássen. Manásses autem, génuit Amon. Amon autem, génuit Josíam. Josías autem, génuit Jechóniam et fratres ejus in transmigratióne Babylónis. Et post transmigratiónem Babylónis, Jechónias génuit Saláthiel. Saláthiel autem, génuit Zorobábel, Zorobábel autem, génuit Abiud. Abiud autem, génuit Elíachim. Elíachim autem, génuit Azor. Azor autem, génuit Sadoch. Sadoch autem, génuit Achim. Achim autem génuit Elíud. Elíud autem, génuit Eleázar. Eleázar autem, génuit Mathan. Mathan autem, génuit Jacob. Jacob autem, génuit Joseph virum Maríe. De qua natus est Jesus : qui vocátur Christus.

Credo. 20.

*Quotidie*[29] *per octavas et in octava legatur Evangelium secundum Lucam. xj.* [27-28.]

IN illo témpore. Loquénte Jesu ad turbas : extóllens vocem quadam múlier de turba, dixit illi, Beátus venter qui te portávit : et úbera que suxisti. At ille dixit, Quinímmo beáti qui áudiunt verbum Dei : et custódiunt illud.

*Offertorium.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedíxit te Deus in etérnum: et in séculum séculi. [*Require in die assumptionis.*][30] {393}.

*Secreta.*

UNigéniti tui nobis Dómine succúrrat humánitas : ut qui natus de vírgine integritátem matris non mínuit sed sacrávit : in nativitátis ejus solénniis a nostris nos piáculis éxuens, oblatiónem nostram síbimet fáciat esse accéptam : Jesus Christus Dóminus noster. Qui tecum vivit.

*Prefatio.* Et te in nativitáte. 1167. *Hec prefatio dicitur quotidie per octavas et in octava quando de sancta Maria dicitur missa.*

GS:pl. u.; 1508-S:452; 1513-S:55r.[31]

Comm. I.




[*In tempore paschali.*




][32]

*Postcommunio.*

SUmpsimus Dómine celebritátis ánnue votíva sacraménta presta quésumus : ut intercedénte beáta María semper vírgine : et temporális nobis vite remédia prébeant et etérne. Per.

*Quotidie per octavas dicatur eadem missa cum eisdem sequentiis que infra octavas assumptionis suo ordine pertitulate sunt : sed sine* Credo. *nisi in exaltatione sancte crucis : tamen in dominica infra octavas et in octava si dominica fureit dicitur* Credo. 20.

*Secunda die fiat memoria de sancto Gorgonio martyre.*

*Oratio.*

SAnctus Gorgónius martyr tuus Dómine sua nos quésumus intercessióne letíficet : et pia fáciat solennitáte gaudére. Per Dómine.

*Secreta.*

GRata tibi sit Dómine quésumus nostra servitútis oblátio : quam famílie tue pia defert devótio : pro[33] qua sanctus martyr tuus Gorgónius intervéniat. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

FAmíliam tuam quésumus Dómine Deus suávitas illa contíngat et végetet : qua in mártyre tuo Gorgónio Christi tui bono jugiter odóre pascátur. Per eúndem.

¶ *Quarta die memoria de martyris Protho et Jacincto.*

*Oratio.*

BEatórum mártyrum tuórum Prothi et Jacíncti nos quésumus Dómine fóveat preciósa conféssio : et pia jugiter intercéssio tueátur. Per.

*Secreta.*

PRo sanctórum mártyrum tuórum Prothi et Jacíncti veneratióne tibi Dómine múnera que debémus exsólvimus, presta quésumus : ut remédium nobis perpétue salútis operéntur. Per.

*Postcommunio.*

UT percépta nos Dómine tua sancta puríficent : beatórum mártyrum tuórum Prothi et Jacíncti quésumus implóret orátio. Per Dóminum.

¶ *Dominica infra octavas nativitas beate Marie cum extra festum exaltationis sancte crucis evenerit : ad missam omnia fiant sicut in prima die more simplicis festi ix. lectiones ita tamen quod* Kýrie. Glória in excéslis. Sanctus. *et* Agnus. *per ordinem dicuntur : et legantur evangelium* Loquénte Jesu. {446}.

# ☙ *In exaltatione sancte crucis.*

(*xiiij. Septembris.*)

*Ad missam. Officium.*

NOS autem gloriári opórtet in cruce Dómini nostri Jesu Christi : in quo est salus vita et resurréctio nostra : per quam salváti et liberáti sumus. *Ps.* Deus misereátur nostri et benedicat nobis : illúminet vultum suum super nos et misereátur nostri. {155}. [*et finiatur sine* Allelúya.][34]

Kýrie lux et órigo. [*et dicititur*][35] *cum suis versibus.* 10*.

*Oratio.*

DEus qui unigéniti filii tui Dómini nostri Jesu Christi precióso sánguine humánum genus redímere dignátus es : concéde propícius : ut qui ad adorándam vivíficam crucem advéniunt, a peccatórum suórum néxibus liberéntur. Per eúndem.

## ☙ *Memoria de martyribus Cornelio et Cipriano.*

*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus : ut sicut pópulus Christiánus ad sanctórum sacerdótum tuórum Cornélii et Cypriáni temporálem concúrrit solennitátem : ita perfruátur etérna : et quod votis célebrat comprehéndat efféctu. Per.

☙ *Memoria de nativitate beate Marie. Oratio.* Supplicatiónem. {441}.

*Epistola.* Confído in vobis. *in communi.* [38].

*Gradale.* Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem : mortem autem crucis. ℣. Propter quod et Deus exaltávit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomem. 643.

Allelúya. ℣. Dulce lignum dulces clavos dúlica ferens póndera : que sola sustinére regem celórum et Dóminum. {156}.

[ [*vel.*]

GS:pl. v; 1508-C:38r.

g02360.




][36]

1508-S:452; 1513-S:55v.[37]

ah54120.




ta non discór- det, cum vox vi-tam non remórdet : dulcis
est symphó-ni- a. Servi cru-cis cru-cem laudent, qui
per cru-cem si-bi gaudent : vi-te da-ri mú-ne-ra. Di-cant
omnes et di-cant síngu-li, a-ve sa- lus tó-ti- us pópu-li :
arbor sa-lu- tí-fe-ra. O quam fe-lix quam preclá-ra,
fu- it hec sa-lú-tis a-ra : ru-bens Agni sángui-ne. Agni
si-ne má-cu-la, qui mundá-vit sé-cu-la : ab antíquo
crími-ne. Hec est sca-la pecca-tó-rum, per quam Christus


e2.
Rex ce-ló- rum : ad se trax-it ómni- a. Forma cu-jus
hoc osténdit, que terrá-rum compre-hén-dit quáttu- or con-
f1.
fí-ni- a. Non sunt no-va sacraménta, nec re-cénter est in-
f2.
vénta : cru-cis hec re-lí-gi- o. Ipsa dulces aquas fe-cit, per
g1.
hanc si-lex aquas je-cit, Mó-y-si offí-ci- o. Nul-la sa- lus
est in domo, ni-si cru-ce mu-nit homo : su-per-limi-
g2.
ná-ri- a. Neque sensit glá-di- um, nec amí-sit Fí-li- um :
h1.
quisquis e-git tá-li- a. Ligna le-gens in sa-répta, spem sa-


h2. i1. i2. k1. k2.
lú-tis est a-dép-ta : pauper mu-li- ércu-la. Si-ne lignis fí-
de- i, nec léchi-tus ó-le- i : va-let nec fa-rí-nu-la. In
scriptú-ris sub fi-gú- ris, ista la-tent sed jam pa-tent : cru-cis
be-ne- fí-ci- a. Re-ges cre-dunt, hostes ce- dunt : so-la
cru-ce Christo du-ce : hostis fu-gat mí-li- a. Ista su-os
forti- ó-res semper fa-cit et victó-res, morbos sa-nat et
languó- res : déprimit demó-ni- a. Dat captí-vis li-ber-
tá-tem, vi-te confert no-vi-tá-tem : ad antíquam digni-


l1.
tá- tem crux re-dúx-it ómni- a. O crux signum tri- um-
phá-le, mundi ve-ra sa-lus va-le : inter ligna nul-lum ta-le,
l2.
fronde flo-re gérmi-ne. Me-di-cí-na Chris-ti- á-na salva
sa-nos egros sa-na : quod non va-let vis humá-na, fit in
m1.
tu- o nómi-ne. Insisténtes cru-cis laudi, consecrá-tor
cru-cis audi, atque servos tu- e cru-cis : post hanc vi-tam ve-re
m2.
lu-cis, transfer ad pa-lá-ci- a. Quos torménto vis serví-re :
fac torménta non sentí-re : sed cum di- es e-rit i-re no-bis




¶ *Secundum Johannem. xij.* [31-36.]

IN illo témpore. Dixit Jesus turbis Judeórum, Nunc judícium est mundi. Nunc princeps hujus mundi ejiciétur foras. Et ego si exaltátus fúero a terra : ómnia traham ad meipsum. Hoc autem dicébat signíficans qua morte esset moritúrus. Respóndit ei turba, Nos audívimus ex lege quia Christus manet in etérnum. Et quómodo tu dicis : opórtet exaltári Fílium hóminis ? Et quis est iste Fílius hóminis ? Dixit ergo eis Jesus, Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte dum lucem habétis : ut non ténebre vos[38] comprehéndant. Et qui ámbulat in ténebris : nescit quo vadat. Dum lucem habétis crédite in lucem : ut fílii lucis sitis.

Credo. 20.

*Offertorium.* Prótege Dómine plebem tuam per signum sanctem crucis ab ómnibus insídiis inimicórum ómnium : ut tibi gratam exhibeámus servitútem : et acceptábile tibi fiat sacrifícium nostrum. {159}. [*et finiatur sine* Allelúya.][39]

*Secreta.*[40]

DEvótas in hoc festo[41] Dómine humilitátis nostre preces et hóstias misericórdie tue precédat auxílium : et salútem quam per Evam[42] in paradíso ligni[43] cláuserat temeráta presúmptio : ligni rursum fides apériat. Per.

*Alia secreta se martyribus.*

PResta nobis omnípotens Deus : ut nostre humilitátis oblátio : et pro tuórum tibi pláceat honóre sanctórum et nos córpore páriter et mente puríficet.

*Prefatio.* Qui salútem. 1166.

*Ccommunio.* Per lignum servi facti sumus et per sanctam crucem liberáti sumus,

fructus arbóris sedúxit nos : Fílius Dei rédemit nos allelúya.[44] {160}.

*Postcommunio.*

JEsu Christi Dómini nostri córpore sagináti : et sánguine : per quem crucis est sanctificátum vexíllum : quésumus Dómine Deus noster : ut sicut adoráre merúimus : ita perennitátis ejus glória salutári potiámur efféctu. Per eúndem.

*Alia postcommunio de martyribus.*

PAsce nos quésumus Dómine tuórum gáudiis ubíque sanctórum : quia nostre salútis augménta sunt, quótiens illis honos impénditur : in quibus tu mirábilis predicáris. Per.

# ℂ *In octava [die][45] nativitatis beate Marie.*

*Ad missam omnia fiant sicut in prima die more simplicis festi ix. lectiones et dicitur super* Kýrie. *cantus de* Kýrie omnípotens. [*videlicet sine* ℣.][46] 24*. *dicitur etiam* [Glória] Spíritus et alme. 41*. *a tribus clericis de superiori gradu in superpelliciis ad gradum chori. Sequentia.* Ave preclára. [*ut supra in octava assumptionis.*][47] {412}. *Evangelium.* Loquénte Jesu. {446}. *et dicitur* Sanctus. *cum hac additione* Benedíctus Maríe Fílius. 50*. *Cetera omnia sicut in prima die.* {437}.

*Eodem die fiat memoria de sancto Nichomede martyre.*

*Oratio.*

ADésto Dómine pópulo tuo ut beáti Nichomédis mártyris tui mérita preclára suscípiens : ad impetrándam misericórdiam tuam semper ejus patrocíniis sublevétur.[48] Per.

*Secreta.*

SUscipe Dómine múnera propícius obláta : que majestáti tue beáti Nichomédis mártyris tui comméndet orátio. Per.

*Postcommunio.*

PUríficent nos quésumus Dómine sacraménta que súmpsimus et intercedénte beáto Nichoméde mártyre tuo : a cunctis nos effíciant vítiis absolútos. Per.

## ℂ *Sancte Edithe virginis non martyris.*

(*xvj. Septembris.*)

[*Ad missam.*][49] *Officium.*

Dilexísti justíciam : et odísti iniquitátem : proptérea unxit te Deus Deus tuus óleo letície pre consórtibus tuis. *Ps.* Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea regi. [165].

*Oratio.*

Deus qui fidélibus tuis castitátis exémpla[50] prebuísti, dum de vírgine fílium tuum Dóminum nostrum nasci voluísti : sancte Edithe vírginis tue précibus nobis mentis et córporis tríbue puritátem : per quam a te nobis promíssam percipiámus felicitátem. Per eúndem.

ℂ *Memoria de martyribus Eufemia, Lucina et Geminiano.*

*Oratio.*

Presta quésumus Dómine précibus nostris cum exultatióne provéctum[51] : ut quorum diem passiónis ánnua devotióne recólimus : étiam fídei constántiam subsequámur. Per Dóminum.

*Epistola.* Qui gloriátur. *in communi.* [166].

*Gradale.* Dilexísti justíciam et odísti iniquitátem. ℣. Proptérea unxit te Deus Deus tuus óleo letície. [166].

Allelúya. ℣. Emulor enim vos Dei emulatiónem : despóndi[52] vos uni viro vírginem castam exhíbere Christo. [167].

*Sequentia.* Vírginis venerande. *in communi.* [169].

*Evangelium.* Símile est regnum celórum decem. *in communi.* [171].

*Offertorium.* Offeréntur regi vírgines post eam próxime ejus offeréntur tibi. [*minor.*][53] [171].

*Secreta.*

SUper hanc oblatiónem nostram quésumus Dómine benedíctio tua descéndat : et ut ipsi tibi hóstia placábilis efficiámur : sancta Editha apud te obtíneat. Per Dóminum nostrum.

¶ *Alia secreta de martyribus.*

MUnera pópuli tui Dómine propiciátus inténde : et sanctórum mártyrum tuórum Eufémie, Lucíne, et Geminiáni quorum nos tríbuis solennitátem celebráre : fac gaudére suffrágiis. Per.

*Communio.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedíxit te Deus in etérnum. [172].

*Postcommunio.*

SPirituális mense Dómine participátio nobis mentis et córporis fiat salvátio : et sancte Edithe vírginis tue tibi nos comméndet supplicátio. Per Dóminum.

*Alia posctommunio de martyribus.*

SUmptis Dómine divínis mystériis exáudi quésumus preces nostras et sanctórum tuórum Eufémie, Lucíne, et Geminiáni : quorum solénniter celebrámus victóriam : contínuis foveámur auxíliis. Per.

# ℭ *Sancti Lamberti episcopi et martyris.*

(*xvij. Septembris.*)

[*Ad missam.*][54] *Officium.*

SAcerdótes Dei benedícite Dóminum : sancti et húmiles corde laudáte Deum. *Ps.* Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sécula. [105].

*Oratio.*

SAncti Lambérti mártyris tui atque pontíficis Dómine nos[55] quésumus nos tibi comméndet orátio : et sicut hunc diem ejus gloriósa décorat pássio : ita nos ipsíus semper muniámur suffrágio. Per Dóminum.

*Epistola.* Omnis póntifex. *in communi.* [57].

*Gradale.* Invéni David servum meum : óleo sancto[56] unxi eum : manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. ℣. Nichil profíciet inimícus in eo : et fílius iniquitátis non nocébit eum. [109].

Allelúya. ℣. Elégit te Dóminus sibi in sacerdótem magnum in pópulo suo. [113].

*Evangelium.* Circúibat Jesus. *in communi.* [57].

*Offertorium.* In virtúte tua Dómine letábitur justus et super salutáre tuum exultábit veheménter : desidérium ánime ejus tribuísti ei. [51].

*Secreta.*

HOstias tibi Dómine pro commemoratióne sancti Lambérti mártyris tui atque pontíficis offérimus obsecrántes : ut tua nobis sua intercessióne multíplicet benefícia : quem a tui córporis unitáte nulla temptátio separávit. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*Communio.* Posuísti Dómine super caput ejus corónam de lápide precióso. [55].

*Postcommunio.*

PErcépto Dómine tui córporis et sánguinis sacraménto : concéde nobis quésumus supplicánte beáto Lambérto mártyre tuo atque pontífice ita muníri : ut et temporálibus relevémur cómmodis : et abundémus etérnis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

# ℂ *In vigilia sancti Matthei apostoli et evangeliste.*

(*xx. Septembris.*)

[*Ad missam.*][57] *Officium.*

EGo autem sicut óliva fructificávi in domo Dómini : sperávi in misericórdia Dei mei : et expectábo nomen tuum quóniam bonum est ante conspéctu sanctórum tuórum. *Ps.* Quid gloriáris in malícia : qui potens es in iniquitáte. [1].

*Oratio.*

DA quésumus omnípotens Deus : ut beáti Matthéi apóstoli tui et evangelíste quam prevenímus veneránda solénnitas : et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

*Epistola.* Beátus homo qui invénit. *in communi.* [3].

*Gradale.* Justus ut palma florébit : sicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini. ℣. Ad annunciándum mane memóriam tuam : et visitátem tuam per noctem. [3].

*Si dominica fuerit dicetur* Allelúya. ℣. Per manus autem apostolórum fiébant signa et prodígia multa in plebe. [12].

*Secundum Lucam. v.* [27-32.]

IN illo témpore. Vidit Jesus publicánum nómine Levi sedentem ad thelóneum[58] : et ait illi, Séquere me. Et relíctis ómnibus, surgens secútus est eum. Et fecit ei convívium magnum Levi in domo sua : et erat turba multa publicanórum, et aliórum qui cum illis erant discumbéntes. Et murmurábant phariséi et scribe eórum, dicéntes ad discípulos ejus, Quare cum publicánis et peccatóribus manducátis et bíbitis ? Et respóndens Jesus dixit ad illos, Non egent qui sani sunt médico : sed qui male habent. Non veni vocáre justos : sed peccatóres ad peniténtiam.

*Offertorium.* Glória et honóre coronásti eum : et constituísti eum super ópera

mánuum tuárum Dómine. [4].

*Secreta.*

RESPICE quésumus omnípotens et miséricors Deus múnera que pro veneratióne beáti Matthéi apóstoli tui[59] et evangelíste tue offérimus majestáti : et presta ut cujus solénnia his sacrifíciis prevenímus : ejus suffragántibus méritis que tibi sunt plácita, digno afféctu ac devótis méntibus exequámur. Per Dóminum.

*Communio.* Magna est glória ejus in salutári tuo : glóriam et magnum decórem impónes super eum Dómine. [5].

*Postcommunio.*

PRESTA quésumus omnípotens Deus ut divíno múnere satiáti : intercedénte beáto Matthéo apóstolo tuo et evangelísta : cujus solénnia prevénimus : sacris semper et mystériis renovémur et móribus. Per Dóminum.

¶ *Si vero hec vigilia [in dominica evenerit : missa de vigilia in capitulo dicitur cum una*[60] Allelúya. *de communi apostolorum.* [11]. *Cum vero*][61] *in aliqua feria quattuor temporum contigerit : tunc de vigilia nihil fiat nisi tantum memoria ad missam de jejunio.*[62]

# ℭ *In die sancti Matthei Apostoli.*

(*xxj. Septembris.*)

[*Ad missam.*][63] *Officium.*

MIchi autem nimis honorátis sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. *Ps.* Dómine probásti me et cognovísti me : tu cognovísti sessiónem meam et resurrectiónem meam. [7].

*Oratio.*

BEáti Matthéi apóstoli tui et evangelíste Dómine précibus adjuvémur : ut quod possibílitas nostra non óbtinet : ejus nobis intercessióne donétur. Per.

ℭ *Memoria de sancto Laudo episcopo et confessore.*

*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus ut qui beáti Laudi confessóris tui atque pontíficis solénnia cólimus[64] : ejus intercessióne etérnam beatitúdinem consequámur. [Per.][65]

*Epistola.* Similitúdo vultus. *in communi.* [25].

*Gradale.* Os justi meditábitur sapiéntiam et língua ejus loquéntur judícium. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus : et non supplantabúntur gressus ejus. [25].

Allelúya. ℣. Primus ad Syon dicet ecce assum : et Hierúsalem evangelístam dabo. [26].

*Sequentia.* Laus devóta. *in communi.* [27].

*Secundum Matheum. ix.* [9-13.]

IN illo témpore. Cum transíret Jesus : vidit hóminem sedéntem in thelóneo Matthéum nómine : et ait illi, Séquere me. Et surgens : secútus est eum. Et factum est discumbénte eo in domo : ecce multi publicáni et peccatóres veniéntes discumbébant cum Jesu et discípulis ejus. Et vidéntes phariséi dicébant discípulis ejus, Quare cum publicánis et peccatóribus mánducat magíster vester ? At Jesus áudiens ait, Non est opus

valéntibus médicus : sed male habéntibus. Eúntes autem : dícite quid est misericórdiam volo : et non sacrifícium. Non enim veni vocáre justos : sed peccatóres.

Credo. 20.

*Offertorium.* Posuísti Dómine in cápite ejus corónam de lápide precióso : vitam pétiit a te et tribuísti ei allelúya. [30].

*Secreta.*

SUpplicatiónibus beáti Matthéi apóstoli tui et evangelíste quésumus Dómine ecclésie tue commendétur oblátio : cujus magníficis predicatiónibus erúditur. Per Dóminum.

ℭ *Alia secreta de sancto Laudo.*

SIcut beátum Laudum confessórem tuum atque pontíficem Dómine ad etérnam glóriam transtulísti : sic ipsíus méritis quésumus ad salútem nostram hanc preséntem sanctífica hóstiam.

*Non dicitur in hac prefatione* Per beátos evanglístas. *sed* Per beátos apóstolos.[66] 1165.

*Communio.* Magna est glória ejus in salutári tuo : glóriam et magnum decórem impónes super eum Dómine. [31].

*Postcommunio.*

SUmpsimus Dómine venerábile sacraméntum beáti Matthéi apóstoli tui et evangelíste festivitáte letántes : quésumus : ut suis précibus gloriósis : et credéndum nobis jugiter póstulet et sequéndum beátus evangelísta quod predicávit et[67] dócuit. Per Dóminum.

ℭ *Alia postcommunio de sancto Laudo.*

REfécti mense celéstis collatióne quésumus Dómine Deus noster : ut intercessióne beáti Laudi confessóris tui atque pontíficis cujus venerámur solénnia : ab omni nos semper adversitáte deféndas. [Per Dóminum.][68]

# ℭ *Sancti Mauricii sociorumque ejus martyrum.*

(*xxij. Septembris.*)

[*Ad missam.*][69] *Officium.*

INtret in conspéctu tuo Dómine gémitus compeditórum : redde vicínis séptuplum in sinu eórum : víndica sánguinem sanctórum tuórum qui effúsus est. *Ps.* Deus venérunt gentes in hereditátem tuam : polluérunt templum sanctum tuum : posuérunt Hierúsalem in pomórum custódiam. [60].

*Oratio.*

ANnue quésumus omnípotens Deus : ut nos sanctórum mártyrum tuórum Mauríciі, Exupérii, Cándidi, Victóris, Innocéntii et Vitális, sociorúmque[70] eorúndem letíficet festíva solénnitas : ut quorum suffrágiis inítimur natalíciis gloriémur. Per Dóminum.

*Epistola.* Sancti per fidem. *in communi.* [66].

*Gradale.* Gloriósus Deus in sanctis : mirábilis in majestáte fáciens prodígia. ℣. Déxtera tua Dómine glorificáta est in virtúte : déxtera manus tua confrégit inimícum. [69].

Allelúya. ℣. Te mártyrum candidátus : laudat exércitus Dómine. [80].

*Sequentia.* Ecce pulchra. *in communi.* [81].

*Evangelium.* Descéndens Jesus de monte. *in communi.* [86].

*Offertorium.* Letámini in Dómino et exultáte justi : et gloriámini omnes recti corde. [92].

*Secreta.*

PResèntes hóstias Dómine quésumus mérita gloriósa mártyrum Thebeórum tibi reddant accéptas : pro quorum tibi precióso sánguine sunt dicáte. Per.

*Communio.* Justórum ánime in manu Dei sunt : et non tanget illos torméntum malície : visi sunt óculis insipiéntium mori : illi autem sunt in pace. [96].

*Postcommunio.*

SUmptis Dómine celéstibus sacraméntis quésumus : ut intercessióne sanctórum mártyrum Thebeórum cónsequi mereámur véniam delictórum. Per Dóminum.

# ℭ *Sancte Tecle virginis non martyris.*

(*xxiij. Septembris.*)

[*Ad missam.*][71] *Officium.*

LOquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum et non confundébar : et meditábar in mandátis tuis, que diléxi nimis. *Ps.* Beáti immaculáti in via : qui ámbulant in lege Dómini. [146].

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus : auctor virtútis et amátor virginitátis : da nobis quésumus sancte Tecle vírginis tue plácitis tibi méritis commendári : cujus vita mérito castitátis tibi complácuit. Per Dóminum.

*Epistola.* Qui gloriátur. *in communi.* [166].

*Gradale.* Dilexísti justíciam et odísti iniquitátem. ℣. Proptérea unxit te Deus Deus tuus óleo letície. [166].

Allelúya. ℣. Emulor enim vos Dei emulatióne : despóndi enim vos uni viro, vírginem castam exhíbere Christo. [167].

*Evangelium.* Símile est regnum celórum decem. *in communi.* [171].

*Offertorium.* Offeréntur regi vírgines post eam : próxime ejus offeréntur tibi. [*minor.*][72] [171].

*Secreta.*

OFférimus tibi Dómine preces et múnera in honóre sancte Tecle vírginis tue gaudéntes : presta quésumus : ut et conveniénter hec ágere : et remédium sempitérnum valeámus acquírere. Per Dóminum.

*Communio.* Simile est regnum celórum hómini negociatóri queréntı bonas margarítas : invénta una preciósa margaríta : dedit ómnia sua, et comparávit eam. [162].

*Postcommunio.*

PRosint nobis Dómine quésumus sumpta mystéria : paritérque nos intercedénte beáta vírgine tua Tecla : et a peccátis éxuant : et presídiis tue propiciatiónis attóllant. Per Dóminum.

# ℂ *Sancti Firmini episcopi et martyris.*

(*xxv. Septembris.*)

[*Ad missam.*][73] *Officium.*

SAcerdótes Dei benedícite Dóminum : sancti et húmiles corde laudáte Deum. *Ps.* Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sécula. [105].

*Oratio.*

DEus qui sanctam nobis hujus diéi letíciam pro commemoratióne beáti Fírmini mártyris tui atque pontíficis fecísti : adésto família tue précibus, et da : ut cujus hódie festa celebrámus : ejus méritis et intercessiónibus adjuvémur. Per.

*Epistola.* Omnis póntifex. *in communi.* [57].

*Gradale.* Jurávit Dóminus et non penitébit eum : tu es sacérdos in etérnum : secúndum órdinem Melchísedech. ℣. Dixit Dóminus Dómino meo : sede a dextris meis. [108].

Allelúya. ℣. Invéni David servum meum : óleo sancto meo unxi eum. [112].

*Evangelium.* Circúibat Jesus. *in communi.* [57].

*Offertorium.* Invéni David servum meum : et in óleo sancto unxi eum, manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. [122].

*Secreta.*

INténde propícius quésumus Dómine obláta tibi hec múnera : et deprecatióne beáti Fírmini mártyris tui atque pontíficis : in cujus ea commemoratióne deférimus, nosípsos eadémque sanctífica. Per Dóminum.

*Communio.* Dómine quinque talénta tradidísti mihi : ecce ália quinque superlucrátus sum : euge serve fidélis : quia in pauca fuísti fidélis supra multa te constítuam : intra in gáudium Dómini tui. [123].

*Postcommunio.*

SUmpsimus Dómine in sancti mártyris tui atque pontíficis Fírmini solennitáte celéstia sacraménta : suffrágiis quésumus largiáris : ut quod temporáliter gérimus etérnis gáudiis consequámur. Per.

# ☾ *Sancti Cypriani episcopi et Justine virginis et martyrum.*

(*xxvj. Septembris.*)

[*Ad missam.*][74] *Officium.*

SAlus autem justórum a Dómino : et protéctor eórum est in tempóre tribulatiónis. *Ps.* Noli emulári in malignántibus : neque zeláveris faciéntes iniquitátem. [64].

*Oratio de communi* [66]. *vel dicatur sequens.*

*Oratio.*

BEatórum mártyrum tuórum Cypriáni et Justíne nos Dómine fóveant continuáta presídia : quia non désinis propícius intuéri : quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per.

*Epistola.* Justi autem. *in communi.* [67].

*Gradale.* Víndica Dómine sánguinem sanctórum tuórum : qui effúsus est. ℣. Posuérunt mortália servórum tuórum escas volatílibus celi : carnes sanctórum tuórum béstiis terre. [73].

Allelúya. ℣. Justi epuléntur et exúltent in conspéctu Dei : et delecténtur in letícia. [78].

*Evangelium.* Cum persequéntur. *in communi.* [86].

*Offertorium.* Exultábunt sancti in glória : letabúntur in cubílibus suis : exultatiónes Dei in fáucibus eórum. [92].

*Secreta.*

SAnctórum mártyrum tuórum Cypriáni et Justíne tibi grata conféssio : et múnera nostra comméndet : et tuam nobis indulgéntiam semper implóret. Per.

*Communio.* Multitúdo languéntium et qui vexabántur a spirítibus immúndis

veniébant ad eum : quia virtus de illo exíbat et sanábat omnes. [95].

*Postcommunio.*

PResta quésumus omnípotens Deus ut sanctórum mártyrum tuórum Cypriáni et Justíne deprecatiónibus sacraménta que súmpsimus ad tue nobis profíciant placatiónis augméntum. Per Dóminum.

# ℂ Sanctorum Cosme et Damiani martyrum.

(*xxvij. Septembris.*)

[*Ad missam.*][75] *Officium.*

SApiéntiam sanctórum narrant pópuli : et laudem eórum núnciat ecclésia : nómina autem eórum vivent in séculum séculi. *Ps.* Exultáte justi in Dómino : rectos decet collaudátio. [63].

*Oratio.*

MAgníficet te Dómine sanctórum mártyrum tuórum Cosme et Damiáni beáta solénnitas : qua et illis glóriam sempitérnam : et opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per.

*Epistola.* Benedíctus Deus. *in communi.* [37].

*Gradale.* Clamavérunt justi et Dóminus exaudívit eos : et ex óminbus tribulatiónibus eórum liberávit eos. ℣. Juxta est Dóminus his qui tribuláto sunt corde : et húmiles spíritu salvábit. [70].

Allelúya. ℣. Vox exultatiónis et salútis in tabernáculis justórum : et dedúcet illos in via mirábili. [77].

*Evangelium.* Elevátis Jesus óculis. *in communi.* [85].

*Offertorium.* Gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum : quóniam tu Dómine benedíces justo : Dómine ut scuto bone voluntátis tue coronásti nos. [91].

*Secreta.*

IN tuórum Dómine preciósa morte justórum sacrifícium illud offérimus : de quo martýrium sumpsit omne princípium : quod quésumus propiciatiónis tue nobis munus obtíneat. Per.

*Communio.* Posuérunt mortália servórum tuórum Dómine escas volatílibus celi carnes sanctórum tuórum béstiis terre : secúndum magnitúdinem bráchii tui :

possíde fílios morte punitórum. [96].

*Postcommunio.*

SIt nobis Dómine libátio sacraménti tui certa salvátio : que cum beatórum mártyrum tuórum Cosme et Damiáni méritis implorátur. Per.

# In festivitate[76] sancti Michaelis archangeli.

(*xxix. Septembris.*)

[*Ad missam.*][77] *Officium.*

GS:pl. v.; 1508-S:455; 1513-S:59r.[78]




Kýrie Rex xplendens. *cum suis versibus.* 8*.

*Oratio.*

DEus qui miro órdine angelórum ministéria hominúmque dispénsas : concéde propícius : ut a quibus tibi ministrántibus in celo semper assístitur : ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum.

*Lectio libri Apocalipsis beati Johannis apostoli. j.* [1-5.]

IN diébus illis. Significávit Jesus[79] que opórtet fieri cito loquens per ángelum suum servo suo Johánni qui testimónium perhíbuit verbo Dei : et

testimónium Jesu Christi in his[80] quecúmque vidit. Beátus qui audit et qui legit[81] verba prophétie hujus : et servat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Johánnes septem ecclésiis que sunt in Asia : grátia vobis et pax ab eo qui est : et qui erat[82] et qui ventúrus est. Et a septem spirítibus qui in conspéctu throni ejus sunt : et a Jesu Christo : qui est testis fidélis : primogénitus mortuórum : et princeps regum terre. Qui diléxit nos : et lavit nos a peccátis nostris : in sanguine suo.

GS:197; 1508-S:456; 1513-S:59r.[83]

Grad.
III.






GS:197; 1508-S:456; 1513-S:59r.[84]



1508-S:457; 1513-S:59r.[85]

ah53190.




tu- a. The-o-ló-ga cathe-gó-ri-zent sýmbo-la no-bis hec ter
tri-pár-ti-ta : per pri-vá-ta of-fí-ci- a. Plebs angé-li- ca
pha-lanx et archangé-li-ca prínci-pans turma virtus u-rá-ni-
ca ac po-téstas al-mípho-na. Domi-nánti- a númi-na
di-vi-náque sub-sél-li- a ché-ru-bin ethé-re- a ac sé-raphin
ig-ní-coma. Vos o Mícha- el ce-li satrá-pa Gabri- élque
ve-ra dans ver-bi núnci- a. Atque Rápha- el vi-te vérnu-la
conférte nos in-ter pa- ra-di-sí-co-las. Per quos Pa-tris


cuncta compléntur mandá-ta que dat. E-júsdem sóphi- a :
compar quoque neuma u-na pérma-nens in ú-sy- a.
Cu- i estis admi-nistrá-ti- a De- o mí-li- a mí-li- um sacra.
Vi-ces per bis qui-nas bis atque quingénta de-na. Centé-na
mil-lé-na assístunt in aula ad quam Rex o-vem centí-simam.
Verbi-gé-nam dragmámque dé-cimam vestra dux-it su-per al-
gámatha. Vos per éthe-ra nos per ru-ra de-na. Pars e-lécta
armó-ni- e vo-ta demus i-per-lí-ri-ca cýtha-ra. Ut post




¶ *Secundum Matheum. xviij.* [1-10.]

IN illo tempore. Accessérunt discípuli ad Jesum : dicéntes, Quis putas major est in regno celórum ? Et ádvocans Jesus párvulum : státuit eum in médio eórum, et dixit, Amen dico vobis : nisi convérsi fuéritis et efficiámini sicut párvuli : non intrábitis in regnum celórum. Quicúnque ergo humiliáverit se sicut parvúlus iste : hic est major in regno celórum. Et qui suscéperit unum párvulum talem in nómine meo, me suscépit. Qui autem scandalizáverit unum de pusíllis istis qui in me credunt : éxpedit ei ut suspendátur mola asinária in collo ejus, et demergátur in profúndum maris. Ve mundo ab[86] scándalis. Necésse est enim, ut véniant scándala. Verúntamen : ve hómini illi per quem scándalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalízat te : abscíde eum et prójice abs te. Bonum est tibi[87] ad vitam ingrédi débilem aut claudum : quam duas manus vel duos pedes habéntem mitti in ignem etérnum. Et si óculus tuus scandalízat te : érue eum et prójice abs te. Bonum est tibi[88] cum uno óculo in vitam intráre : quam duos óculos habéntem mitti in gehénnam ignis. Vidéte ne contemnátis unum ex his pusíllis. Dico enim vobis : quia ángeli eórum in celis semper vident fáciem Patris mei qui in celis est.

Credo. 20.

GS:187; 1508-S:459; 1513-S:59v.[89]




*Secreta.*

MUnus pópuli tui quésumus Dómine dignánter assúme : quod tibi non nostris méritis : sed sancti archángeli tui Michaélis omniúmque beatórum spírituum deprecatióne sit gratum. Per.

*Prefatio quotidiane.* {1169}.

GS:198; 1508-S:459; 1513-S:59v.[90]




*Postcommunio.*

BEáti archángeli tui Michaélis intercessióne suffúlti súpplices te Dómine deprecámur : ut quos honóre[91] proséquimur : contingámus et mente. Per Dóminum.

# ℂ *Sancti Hieronymi presbyteri et doctoris.*

(*Ultima Septembris.*)

[*Ad missam.*][92] *Officium.*

SAcerdótes Dei benedícite Dóminum : sancti et húmiles corde laudáte Deum. *Ps.* Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sécula. Glória Patri. [126].

*Oratio.*

DEus qui nobis[93] per beátum Hierónymum confessórem sacerdotémque tuum scriptúre sancte veritátem : et mýstica sacraménta reveláre dignátus es : concéde quésumus : ut cujus natalícia cólimus, ejus semper et erudiámur doctrínis : et méritis adjuvémur. Per Dóminum.

*Epistola.* Dedit Dóminus. *in communi.* [127].

*Gradale.* Jurávit Dóminus et non penitébit eum tu es sacérdos in etérnum : secúndum órdinem Melchísedech. [℣. Dixit Dóminus Dómino meo : sede a dextris meis.][94] [127].

Allelúya. ℣. Pósui adjutórium super poténtem : et exaltávi eléctum de plebe mea. [133].

*Sequentia.* Adest nobis dies. *in communi.* [115].
*Evangelium.* Vos estis sal terre. *in communi.* [129].
Credo. *Dicitur.* 20.

*Offertorium.* Invéni David servum meum : et in óleo sancto unxi eum : manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. [122].

*Secreta.*

CLeméntia tua Dómine quésumus múnera nostra dignánter respíciat[95] : et beáti Hierónymi confessóris et sacerdótis tui deprecatióne per hec eádem nos placátus purífica. Per. Dóminum.

*Communio.* Dómine quinque talénta tradidísti michi : ecce ália quinque super-

lucrátus sum : euge serve fidélis quia in pauca fuísti fidélis : supra multa te constítuam : intra in gáudium Dómini tui. [123].

*Postcommunio.*

PResta Dómine quésumus ut ecclésiam tuam beátus sacérdos tuus Hierónymus et fidéi doctrínis erúdiat : et erudítam divínis mystériis dignam pia intercessióne effíciat. Per Dóminum.




[Breviary 1508.]

## Notes, pages {431}-{488}.

[1] Dickinson:891.
[2] 1526-S:51v.
[3] 'in.--97. 98.', Dickinson:892.
[4] 'Beátus servus quem cum vénerit Dóminus.--97. 98.', Dickinson:892. [124]
[5] 'exsequéndis.--94. 97. 98.', Dickinson:892.
[6] 'pérfice.--94. 97. perfícere.--98.', Dickinson:892.
[7] Dickinson:892. has 'et' with the note 'ita 55P &c. ut.--4L. 13. 15. 26. 57.;
[8] For 'celéstis grátie', 'celésti.--94. 97. 98.', Dickinson:892.
[9] Dickinson:892.
[10] Dickinson:893.
[11] Dickinson:894.
[12] 1508-S:448.
[13] 1508-S:448.
[14] 1508-S:448.
[15] '*Officium* Gaudeámus. *ut supra in die assumptionis, mutato tamen assumptionem nativitate.*', 1508-S:448. GS:196. gives only a cue here. 1508-S. has B♭ throughout.
[16] 'agnitiónis', *Vulgate.*
[17] 'et.--97. 98. V.', Dickinson:895.
[18] Dickinson:896. has 'enim' with the note 'autem.--13. V.'
[19] Dickinson:986. has 'spúria vitulámina' with the note 'ita 26 &c. adulteríne plantatiónes.--13. 55P. 57.' 'spúria vitulámina', *Vulgate.*
[20] 'somnis', *Vulgate.*
[21] 1526-S:53r.
[22] In 1508-S:448. 'vide' is set thus:




In GS:196. and pl. t. 'aurem' is set AD.DEF. The edition agrees with Arsenal 177v. and Rylands-24:370. here. GS:196. breaks off after the first 'tuam'.
In 1508-S:448. the second 'tuam' is set thus:




[23] In 1508-S:449. 'tribu' is set DEFEEDCBCDC.D; 'David' ends CBAGA.AG.
[24] In 1508-S:449. the last syllable of 'Allelúya' appears 2 notes earlier. In GS:pl. u. 'Allelúya' is set thus:




1508-S:449. has no flat.

In 1508-S:449. the final melisma appears thus:



In GS:pl. u. the final melisma is CDFDEFGEDEC; the remainder is omitted.

25 1508-S:450. has no flats. In 1527-S:230. and 1532-S:254. In h[2]. 1508-S:450. sets 'piácula' B.A.B.B. In m[1]. 1508-S:450. sets 'ómnia' F.A.F. In i[1]. 'ita 26 &c. Venit.--94. 55P. 57.', Dickinson:897. When this sequence is used on the Feast of the Conception of Blessed Mary, 'Concéptio' replaces 'Natívitas' at n[1].

26 'non habent 92. 97. 55P. V.', Dickinson:898.

27 'Abias.--98. 4L. V.', Dickinson:899.

28 'ita 26 &c. Asa.--92. 97. 55P. V.', Dickinson:899.

29 For 'Credo. *Quotidie*' '*et legatur hac die tantum* Credo. *nam quotidie.*--94. 97. 98.', Dickinson:899.

30 1508-S:452.

31 In GS:pl. u. 'invioláta' is set FGAAG.FE.CD.D.EFE. GS:pl. u. omits the 'Allelúya'.

32 1508-S:452.

33 'non habent 97. 98.', Dickinson:900.

34 1508-S:452.

35 1508-S:452.

36 GS:pl. v.

37 In b[2]. 'ita 25 &c. voci.--94. 97. 55P.', Dickinson:902. At d[2]. 1508-S:452. has 'Agnus'. At e[1]. 'ita 26. &c. trahit.--55P. 57.', Dickinson:903. At f[2]. for 'jecit', 'fecit.--15. 57.', Dickinson:903. At h[2]. 1508-S:452. has 'léchius'. At i[2]. Dickinson:903. has 'fugant' with the note 'ita 26 &c. fugat.--97. 15. 55P. Grad.'

38 'vos ténebre', *Vulgate.*

39 1508-S:455.

40 1500-Pynson:185v. Many printed missals, including 1513-S. indicate '*Postcommunio*'.

41 'in hoc festo' 'non habent 92. 94. 97. 98. 4L.', Dickinson:904.

42 The earlier sources Arsenal:178v. and Rylands-24:372. have 'Adam'.

43 'paradísi ligno.--94. 98.', Dickinson:904.

44 '*et finiatur cum* Allelúya.', 1508-S:455.

45 1508-S:455.

[46] 1508-S:455.
[47] 1508-S:455.
[48] 'adjuvétur.--94. 97. 98 sublevémur.--92. 4L. 15.', Dickinson:905.
[49] Dickinson:906.
[50] 'exémplum.--92. 4L. 15. 57.', Dickinson:906.
[51] 'ita 26 &c. proféctum.--94. 97. 98. 15. provéntum.--55P. 57.', Dickinson:906.
[52] 'enim.--26. V.', Dickinson:907.
[53] 1508-S:455.
[54] Dickinson:907.
[55] 'non habent 97. 98.', Dickinson:908.
[56] 'ita 26. &c. meo.--15. 55P.', Dickinson:908.
[57] Dickinson:909.
[58] 'telónium', *Vulgate.*
[59] 'non habent 92. 97. 98.', Dickinson:909.
[60] '*uno*', Dickinson:910.
[61] 1508-S:455. 94. 98. 4L. 57., Dickinson:910.
[62] '*iiij. temporum*', 1508-S:455.
[63] 1508-S:455.
[64] 'agimus.--94. 97. 98.', Dickinson:911.
[65] Dickinson:911.
[66] 'ita 26 &c. *per beátos apóstolos* sed *per beátos evanglístas.*--55P.', Dickinson:912.
[67] 'predicávit et' 'non habent 92. 97. 98.', Dickinson:912.
[68] Dickinson:912.
[69] Dickinson:912.
[70] 'ac sociórum.--92. 94. 97. 98.', Dickinson:912.
[71] Dickinson:913.
[72] ['*majus.*--94. 97. 98.', Dickinson:914.] 1508-S:455. also has '*majus.*'
[73] Dickinson:914.
[74] Dickinson:915.
[75] Dickinson:917.
[76] '*die*', 1508-S:455.
[77] 1508-S:455..
[78] GS:pl. v. breaks off after 'sermónem'.
[79] 'Deus.--92. 97. 98. 4L. V.', Dickinson:918.
[80] 'in his' 'non habent 92. 97. 98. V.', Dickinson:918.
[81] For 'audit et qui legit', 'legit et qui audit.--97. 98. legit et audit.--V.', Dickinson:918.
[82] For 'est : et qui erat', 'erat et qui est.--97. 98.', Dickinson:918.
[83] GS:197. has 'Benedícite Dómino'. In 1508-S:456. 'Dóminum' is set EFGAG.AG.GACGFFDED;

'fácitis' is set CCBCD.CDCA.GACABCD. GS:197. has no flats. The flat at 'ejus' appears in Rylands-24:375. In 1508-S:456. the last syllable of 'mea' begins one note later; 'nomen' is set thus:




In 1508-S:456. 'ejus' is set thus:




84 GS:197. has a flat on the second B of 'angelórum'. The flats are taken from Rylands-24:376. In 1508-S:456. 'conspéctu' is set thus:




At the third syllable of 'angelórum' 1508-S:456. adds a D after the second last C. At the first syllable of 'Deus' 1508-S:456. adds a D after the second last C. In 1508-S:456. 'meus' is set thus:




85 At a. in 1508-S:457. 'célice' is set C.CD.CB. Here the edition follows Rylands-24:499. and Arsenal:257v. At c[1]. for 'valde', 'laude.--92. 94. 4L.', Dickinson:919. In d[2]. 1532-S:261 has 'pacis'. At d[2]. for 'per angélicas officínas', 'ita. 26 &c. ceu rutilántia sýdera.--55P. 57.', Dickinson:919. In e[1]. 1508-S:457. has 'nec última'. In e[2]. 1513-S:59r, has 'cathegórisent'. 1508-S:457. has no flats. In i[1]. 1532-S:261. sets 'sóphia' A.G.G. In k[1]. 1532-S:261 sets 'mílium' F.D.C. In k[2]. 1508-S:457. has 'nostra'. At l[1]. for 'dena', 'ita 26 &c. dévia.--55P. 57.', Dickinson:920.

86 'a.--97. 26. V.', Dickinson:920.

87 'tibi est', *Vulgate.*

88 'tibi est', *Vulgate.*

89 1508-S:459. has no flats. The flat at 'ángelus' appears in Rylands-24:376. (cf. Apoc. cap. viii. 3, 4 et vide notas Sabatierii.)', Dickinson:921.

90 1508-S:459. has no flats. The flat at 'sécula' appears in Rylands-24:376.

91 'ore.--94.', Dickinson:921.

92 Dickinson:921.

93 'nos.--97. 98.', Dickinson:922.

94 1526-S:58v.

[95] 'aspíciat.--94. 97. 98.', Dickinson:922.